ex ſe ipſis decimũ quẽq; comederũt:ut uitã ſuſtentarẽt. Non fabula mendax:quia ſicuti fabula eſt & rumor ita & re uera cõprobatẽ uidelicet ubicunq; aquã tuã oñdis o nile:ibi ẽt tuus fons quærit̃.ſed inueniri nõ põt Nilo ſuo.i.apud ſe orienti. Tua flumina prodã:fontẽ tuũ : nec ego nec alius cognoſcere potuit. ergo uero deo fauente cognoui per quas terras iter facias.Qua:ꝑ in quãtũ.Dedit.i.quantũ ꝑmiſit:ut ego cognoſcã. Prodã:aperiã:indicabo.Medio conſur.incipis inquit ſurgere a meridie. Ab axe.i.a polo antarctico ubi cancer eſt directe impoſitus ſuper his populis:qui in meridie ſub æquinoctiali conſtituti ſunt. In ardentẽ cancrũ qa cũ ſol ĩ cancro ẽ facit ſolſtitiũ æſtiuũ:& ibi ſol ad magnas declinatões dr̃ eẽ qa nõ põt magis accederẽ ad zenith capitis illorũ.In boreã is:ĩ ſeptẽtrione mediũq; bootẽ.i.ĩ ſeptẽtrionẽ. Curſus ĩ occaſũ:a meridie recto limite tendis in ſeptẽtrionẽ :deinde flecteris a curſu tuo in occaſũ:deinde ĩ oriẽtẽ.Nũc aliqñ. Aequus benignus fœcunditate tua. Arabũ:quorũ agros fœcundiores facis.Libycis harenis : populis habitantibus in meridie cum uergit̃ in orientẽ.Seres:populi orientales de quib⁹ antea dictum eſt: ipſi primi uident nilũ de qbus martialis intelligit:Et pria bibit depreſi flumina nili. Primi:q̃uis his prio appareas pplis tñ nondũ fontẽ inuenere. Alieno gurgite:aliunde naſcente:

Arcanum natura caput non ꝓdidit ulli
Nec licuit populis paruum te nile uiderẽ
A mouitq; ſinus & gentes maluit ortus
Mirari quã noſſe tuos:conſurgerẽ in ipſis
Ius tibi ſolſtitiis:aliena creſcerẽ bruma
Atq; hyemes efferrẽ tuas.ſoliq; uagari
Cõceſſum ꝑ utroſq; polos.hic quærit̃ ort⁹
Illic finis aquæ:late tibi gurgite rupto
Ambit̃ nigris meroe fœcunda colonis
Læta comis hebẽi.quæ quãuis arborẽ multa
Frondeat.æſtatem nulla ſibi mitigat umbra
Lineatam rectum mundi ferit illa leonem
Inde plagas phœbi damnũ nõ paſſus aquarũ
Preueheris.ſterileſq; diu metiris arenas:
Nunc oẽs unum uires collectus in amnem
Nũc uag⁹ & ſpargens facile tibi crederẽ ripã
Rurſ⁹ multifidas reuocat piger alue⁹ ũdas
Qua dirimũt arabũ populos ægyptia rura
Regni clauſtra phylæ mox te deſerta ſecãtẽ
Qua dirimunt noſtrũ rubro comertia põto

SVLPI. Caput:fontis tuos: Paruũ:naſcentẽ. Signũ:gremiũ & lacus tuos. Cõſurgere in ſolſtitiis:creſcere in ſolſtitio æſtiuo . Aliena brũa:ob hyemẽ quæ eſt ad ortũ tuum creſcis apud nos æſtu. Efferre:emittere. Per utroſq; polos:per terrã quæ uergit ad utrũq; polum.Hic:apud nos.Illic:apud antarcticos.Rupto gurgite : diuiſo fluuio & circũdata Meroe inſula quæ habet in longitudine ſtadia tria milia ĩ latitudine mille.Cõis:frondicus illic.n.naſci.Quæ meroe. Aeſtatem:æſtiui ſolis ĩ meridie æſtum. Sunt.n.illic umbræ ꝑpendiculares.Linea tam rectũ : hoc eſt tam recta linea ſubiacet leoni.Plagas phœbi:torridã zonã.Dãnum:diminutionẽ.Metiris:tanq̃ metiendo percurris in alueum unũ. Spargens.egrediens. Multifidas:in multas partes diuiſas.Reuocat:colligit. Phylæ:phylæ ſiue phylæ ſunt urbs inter æthyopes & ægyptios interpretanturq; portæ inter utroſq; : & ideo dixit clauſtra.Comercia:uicinitas & cõmixtio.Rubro.mari.

OMNIBO. Te paruũ .i. fontẽ tuũ. Sinus:receptacula tui amnis.In ipſis ſolſtitiis: cũ ſol eſt in cãcro qui facit ſolſtitium æſtiuum: nã alii fluuii cõſurgũt in eũte uere:aut in media hyeme:tu inflaris æſtate. Aliena brũa.i.quũ brũa eſt antipodibus:& nos habeamus æſtatẽ.Hyemes:inundatões. Hic.i.apud nos quærit̃ fons tuus.Illic:apud illos ubi naſceris quærit̃ exitus ĩ mare:nã ſicut nos neſcimus fontẽ: ita illi neſciunt exitum nili qui uaſtis ſeptẽ fluminibus in ægyptũ pelagus irrumpit.Late tibi gurgite : dicit nilũ meroem inſulam in medio ſui facere.Quæ:adeo ſubiecta eſt leoni ut quãquã multis arboribus abundet : tñ nulla umbra ſe a calore ſolis defendit:cũ punctus leonis directe ſuperimpoſitus ſit meroe.Rupto:diuiſo. Fœcunda colonis:quæ abundat cultoribus.Nigris:nimio ſolis ardore.Cõis hebẽi:ligni precioſi:de quo diximus ſuperius abundat.n.arboribus palma:perſico:hebẽo & Siliquaſtro: teſte Strabone : hanc inſulã clypei figura hr̃e dicunt cuius magnitudo fortaſſe ſupra uerũ dicta eſt lõgitudine triũ miliũ fere ſtadiorũ ãplitudine mille:& dicta meroe a ſorore ibi mortua uel ut alii tradunt ab uxore:q̃ habuit Cãbyſes hoc noĩe:Mitigat:leniorem facit. Rectũ leonẽ:qa punctus ille directe ſuperimpoſitus eſt capiti eorũ cũ ſol ꝑuenerit ad quartã decimã ꝑtẽ leonis. Plagas phœbi:meridiẽ regionẽ.Dãnũ:non q̃uis per exuſtã plagã decurras:tñ non es paſſus dãnũ aquarũ:qa calor regiõis nihil diminuit aquas.Steriles ha.ꝑ arentẽ libyã. Nũc ua.i.in unũ amnẽ aliqñ colligeris:aliqñ uagaris diuiſus in plures alueos.Piger alueus:qa cũ in unũ amnẽ uenerit lenior efficit̃.Multifidas undas.quæ ante in aduerſas ꝑtes fluebat.Qua di.ægyptus ſuperior in orientẽ ꝑ longũ extendit̃ & a ſeptentriõe arabicus eſt ſinus:a meridie uero oceanus : nã ab occaſu ex inferiore ægypti ꝑte ad orientẽ rubro mari terminat: hoc eſt ꝙ dicit hoc loco nã phylæ eſt urbs ĩter æthiopes & ægyptios quũ finitima & cõfinis eſt utriuſq; regni : immo( ut refert Strabo.)phylæ cõis æthiopũ ægyptiorũ habitatio eſt ſtrabo dicit ſe phylas ex ſyene plaſtro ueniſſe ꝑ cãpũ ualde planũ.C.ſtadiorũ ſpacia ꝑ totã fere uiã:uidiſſe ſe oñdit utrinq; multis in locis quaſi ſcopulos petrã arduã rotũdã politã nigri ac duri lapidis ex quo mortaria fiunt. Phylæ:eſt numeri pluralis:ſicut æthenæ. Aegyptia rura.i.diuidũt arabiã ab ægypto.Nox te.a meroe inſula cũ ad arabiã uſq; ꝑuenerit ĩmanẽ lacũ facit:ex quo ꝓcipiti impetu egreſſus alterã inſulã amplectit̃ noĩe Taleſum a q̃ deinde uariis mõtiũ obiicibus incitat⁹ torrẽtior efficit̃ & inter obuios ſcopulos ſe ꝓcipiens fluctib⁹ ſeſe ipſos tangentib⁹:ĩpetu tã uaſto:ac fragore fert̃.ut ĩcolarũ aures ad ſurditatẽ uſq; offendat:inde ẽt locus

catadupos ē appellatꝰ nā ſonitū ſignificat. Secātē: tū amplexꝰ fueris alterā īſulā taleſum. Rubro pōto: q̄a ad oriētē rubro mari terminatꝰ. Cōmercia: loca finitima & cōtigua. Noſtrū: ægyptiū. loquitꝰ Achoreus.

Mollis lapſus agit. quis te tam lene fluentē
Motuq̨ totas uiolenti gurgitis iras
Nile putet. ſed cum lapſus abrupta uiaꝝ
Excepe tuos & præcipites cataractæ
Ac nuſquam uetitis ullas obſiſtere cautes
Indignaris aquis. ſpuma nunc aſtra laceſſis
Cūcta tremūt ūdis ac multo murmurꝰ mōtiſ
Spumeꝰ inuictis albeſcit fluctibꝰ amnis
Hinc abatō q̄ nr̄a uocat ueneranda uetuſtaſ
Terra potens primoſ ſentit ꝑcuſſa tumultꝰ
Et ſcopuli placuit fluuii quos dicerꝰ uenas
Quod māifeſta noui prime dāt ſigna tūoriſ
Hinc mōtes natura uagis circūdedit undis
Qui libyæ te nile negent. quos inter & alta
It conualle iacens iā mollibus unda receptis
Prima tibi cāpos ꝑmittit aptaq; mēphis
Rura. modūq; uetat creſcendi pōere ripas.
Sic uelut in tuta ſecuri pace trahebant
Noctis iter mediæ: ſed non ueſana photini
Mens imbuta ſemel ſacra cede uacabat
A ſceleꝝ motu: magno nihil ille ꝑempto
Iā putat eſſe nefas habitāt ſub pectorꝰ maneſ
Vltriceſq; umbræ dāt ī noua mōſtra furorē
Dignatꝰ miles iſto quoq; ſanguine dextras
Quo fortuna parat uictos ꝓfūdere patres
Penaq; ciuilis belli: uindicta ſenatꝰ
Pene data ē famulo: ꝓcul hoc auertite fata
Crimen. ut hæc bruto ceruix abſente ſecetꝰ.
In ſcelꝰ ait pharium romani pœna tyranni
Exemplumq; ꝑit: ſtruit audax irrita fatis.
Nec parat occultæ cædē cōmittere fraudi
Inuictumq; ducem detecto marte laceſſit
Tantū animi delicta dabant ut colla feriret
Cæſaris & ſocerū iungi tibi magne iuberet

SVLPI. Mollis lapſus agit: lenis curſus impellit Lene: leniter. Totas iras: totū impetū & celeritatem. Sed cū lapſus: ſed quū tuū curſum incipis præcipitare. Abrupta uiarū: uiæ præcipites. Cataractæ aſperæ deſcenſiones & ea loca indicat quæ Catadupp a appellantꝰ quorū incolæ ut ait Ci. ſenſu audiendi carētꝰ. Eadem plinius: his uerbis indicat. Poſtremo incluſus montibus: nec alibi torrentior uectus aquis ꝓperantibus ad locū æthiopum qui Catadupi uocatꝰ nouiſſimo cataracte inter occurſantes ſcopulos nō fluere immenſo fragore creditꝰ: ſed ruere autē ſignificat idem quod collido & percutſo cum ſonitu. & quæ a nobis Cataracta & uirili genere Cataractes a græcis dr̄ Vetitis: ꝓhibitis libere fluere. Inuitis qui retineri nō pn̄t Laceſſis ſpuma: immittis enim in cœlū ſpumā tenuem Albeſcit: canus & ſpumoſus efficitur. Abatō: inſulā ad quā oblimi papyriq; copiā acceſſus eſt difficilimus & ideo inaceſſibilis interpræta tur. Venas: fontē & originem. Quod: quia. Tumoris: exundationis aquæ. Hinc: a ſiniſtra & dextra. Te inundationē tuā Alta: ꝓfunda. Molibꝰ receptis: altis ripis reſumptis. Permittit cāpos: ſinite labi per apertam planitiē intra ripas humiles quæ te inundarꝰ non ꝓhibent. Sic uelut: ad hiſtoriæ ſeriem redit. & photinum qui apud ptolemeum & Cæ. erat non deſtitiſſe cogitare īquit qua uia Cæ. opprimeret miſiſſeq; nuntium ad achillā ut eum non fraude ſed aperte inuaderet. Iter: tempus. Imbuta: maculata. Sacrata: execrabili. Nil eſſe nefas: oīa ſibi licere. Manes: anima pō. quæ ut ſuam cedem ulciſceretꝰ illū concitabat. Monſtra ſcelera. Dignatur: dignas facit photinus. Sanguine iſto Cæ. quo ſenatus Ro. ſpargendus eſt. Pœnaq; & ſupplicium de Cæ. ob bellū ciuile ſenatoreſq; cæſos photinus famulus fere ſumpſit & eripuit bruto. In ſcelus it phariū: pœna Cæ. quæ ſumpta a Ro. eſt iuſta quaſi conuerſa eſt in ſcelus ægyptiorū quibus eum non licebat occidere. Exemplū: factū bruti quod ſit poſteritatem in tyrānos excitaturū: Struit irrita fatis: ordinat uana: & a fatis īprobata. Cōmittere: mādare. Detecto marte laceſſit: aperta pugna prouocat.

OMNIBO. Mollis lapſus: quia in ampliſſimum effunditꝰ lacum. Quis te: cum tu adeo leniter fluas ad inſulā taleſum. quis crederet te deinde tanto impetu decurſurū eſſe: ut incolas magno terrore percelleres quaſi dicat nemo. Lene: pro leniter. Indignaris: nam quia non potes ullo obice retinere: ideo cum ad Catadupū ueneris: uariis montiū obicibꝰ incitatus multo magis indignaris. Abrupta. præcipitia curſus tui. Lapſus: decurſus. Præcipites cataractæ: deſcenſiones cataracta ꝓprie dr̄ aſpera deſcenſio ideſt collido & cum ſtrepitu impello apud græcos eſt generis maſculini. hinc cataractas appellauere obices portarū ferrearū quæ magnorū ſonitu demittuntꝰ uerum (ut inquit Strabo) eſt cataractas ad mediū fere flumē paulo ſupra elephantinā petroſum quoddā ſupercilīū in ſupiore ꝑte planū ut flumen recipere poſſit deſinens uero in præcipitium ex aqua præcipitatꝰ utrinq; ſecus terrā alueus eſt: qui facile adnauigari poteſt hac itaq; adnauigantes defluunt in cataractē: & cū ſcapha in precipitiū detrudūtꝰ. & ipſi & ſcaphæ illæſi. Cautes: obices montiū. Aſtra. i. tua unda uerberat ſydera. Cuncta. ſ. loca circa catadupū. Montis: catadupi. Albeſcit: quia ſpumeus. Fuctibus inuictis. i. qui retineri non pn̄t. Hinc abatō: cum ad catadupū perueneris locum haud procul ab ægypto abaton arduum locum magno fragore permeas unde nomen accepit quaſi inacceſſibilis. tum primū te ſentire incipit ægyptius. Hinc. ex catadupo. Potens: quia īacceſſibilis eſt Percuſſa. ſ. tuo ſtrepitu. Qđ q̄a ſcopuli huius terræ q̄ abatō uocant: ſentiunt tuos tumultus quos incolæ iō

uenas nili appellauere:qa ibi nilus primũ grãdior apparere ĩcipit.Placuit.ſ.in æolis.Noui tumoris. admirã dæ inflatiõis.Hinc:ab hac abato.Vagis:errãtibus.Libyæ.ſ.prioris:nã p inferiorẽ late uagaẽ iõ nõ pmittũt in ſuperiorẽ libyã decurrere.It:decurrit.Cõuale.ſ.illorũ mõtiũ.Iã molibus.qa ibi humiliora ſunt ſaxa: iõ ẽt lenius ferẽ ãnis decurſus.Pria tibi cãpos:& primũ ĩcipis p planiora decurrere cũ ad mẽphim pueneris urbẽ ægipti.Cãpos:planiciẽ.Vetat.ſ.mẽphis.Modũ:mẽſurã creſcẽdi:qa nõ pñt te coercere ripæ. Sic uelut ĩ tuta:ita ingt audebat de nilo & de hmõi rebus cæſar cũ cõuiuiis q̃ſi ĩ tuta pace poſiti eſſent:& nõ puidebãt qt⁹ belli tumult⁹ iſtaret.Sed nõ ueſana:ſed photin⁹ nõ deſinebat cogitare qũo cæſarẽ opprimeret:poſtq̃ ſemel ſãguine põpeii maculat⁹ erat.Sacra:execrabili.A ſcelerꝫ motu:qa ſcelus ſceleri addere tẽtabat. Magno.n. pempto oẽ nefas ſibi licere exiſtiabat.Manes.ſ.Põpeii:dicit in ĩlaniã cõuerſũ eſſe photinũ.Vltriceſq; ũbræ ſ.põpeii q̃ ultionẽ ſuã cupiũt.Dãt fur. rẽ:ut ipm ad pniciẽ ducãt.Dextras.ſ.ſuas & ſuorũ nõ ſatis hẽt ſũdi ſãguinẽ põpeii ſed ẽt Cæ.Quo for.fortũa uolebat:ut ſanguine Cæ.cruẽtarenẽ ſenatores. Victos:ẽt uictos. Pœnaq; ciuilis:qa parũ abſuit:qn famulus occuparet uĩdictã ſenat⁹ q̃ debebaẽ pñæ nõ famulo.In ſcelus it: ſi fata cõceſſerint ſatellitibus regis cæſarẽ obtrũcare ſcelus erit:qđ poſtea futurꝫ ẽ Bruti meritũ ingẽs ſcelus n.erat:ut regis miniſtri occideret cæſarẽ.Exẽplũq; perit:exẽplũ qđ romanis oĩb⁹ Brut⁹ pponeret ne aliquẽ regnare pmittãt.Struit audax:redit ad id qũo photinus cõſilia occidẽdi cæſarẽ agitauerit.Audax ſp de infelici dici ſolet Virg.audacẽ ad rutulũ.Irrita:uana:qa fata nõ pmiſſerũt cõſilia photini ad exitũ pduci.Nec parat occulte:in tenebris noctis opprimere cæſarẽ:ſed clara luce.Detecto marte apto bello.Tantũ aĩ delicta: quia ſemel ſcelus cõmiſerat obtrũcando põpeiũ:ideo nũc ẽt animi ſuperant ad occidẽdum Cæſarem.

Atq; hæc dicta monet fãulos perferrẽ fideles
Ad pompeianæ ſocium ſibi cedis achillam
Quẽ puer imbellis cũctis præfecerat armis
Et dederat ferrꝫ nullo ſibi iure retento.
In cũctos in ſeq; ſimul.Tu mollib⁹ inquit
Nunc ĩcumbe toris.& pingues exige ſõnos
Inuaſit cleopatra dõum:nec pdita tantũ eſt
Sed donata pharos.ceſſas accurrerẽ ſol⁹
Ad dñæ talamos:nupſit ſoror impia fratri
Nã latio iam nupta duci eſt:interq; maritos
Diſcurrẽs ægypton habet romamq; merceẽ
Expugnarẽ ſenem potuit cleopatra uenenis
Crede miſer puero.quẽ nox ſi iunxerit una
Et ſemel amplexus inceſto corporẽ paſſus
Hauſerit obſcenum titulo pietatis amorem
Meq; tuumq; caput p ſingula forſitan illi
Oſcula donabit:crucibus flammiſq; luem⁹

¶SVLPI. Puer:ptolemæus:Cũctis pfecerat armis erat.n.regni pcurator.Nullo iure:nulla ſuperiori poteſtate.Tu mollibus:hoc nuntio primũ eũ a ſegnitie arguẽs terret.Inde excitat ad poccupandã nocẽdi occaſionẽ q̃ ipſis & aduerſariis inſtat. Tũ cõſidẽter Cæſarem inuadẽdũ ẽt ad romanorũ gratiã recupandam hortatur.Tu o achilla.Exige:expete.Pingues:ſupuacuos:& pinguedinẽ afferẽtes.Domũ:regiã.Prodita: decepta.Donata:a cæſarẽ cleopatræ.Solus:cũ alii ſint pſto.Accurrere ad opprimendũ currere. Talamos: adulteriũ.Fratri:cũ eam Cæſar recõciliauit : ſed poſt q̃ ipſe cũ ea rem habuit.Maritos:fratrẽ & cæſarẽ.Meretur:turpiter lucratur & ſperat.In eadem ſignificatõne dicimus mereo:unde meretrix & merces deduciẽ Senem:Cæſarem prouectum ætate.Venenis: ueneficiis & forma fucata & ipſo amore qui p uenas labitur. Virg.uulnus alit uenĩſ.Crede miſer puero cõfide ptolomæo quem ipſa facilius in oẽm ſuam ſñiam trahet ſi cũ eo dormierit ſemel. Inceſto:qa frater.Obſcenũ: damnatum & infamem. Pietatis:quia frater eſt. Illi : cleopatræ quæ nos odit ut qui fratres in eam incitauerimus.Luemus:dabimus ei pœnas.

¶OMNIBO. Atq; hæc dicta:hæc conſilia occidẽdi Cæſaris animo agitauit ſtatim mãdata dedit famulis:quæ ad achillam pferrẽt qui perat exercitui regis: nam cæſar(ut Suetonius docet)in alexandriam fugientẽ pſecutus pompeiũ:ut occiſum depħendit cũ ptolemæo rege:a quo ſibi quoq; inſidias tẽdi uidebat bellũ ſane difficillimũ geſſit:neq; loco:neq; tpe equo: ſed hyeme ãni:& intra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis:inops ipſe rerũ oĩum atq; imparaturus: regnũ ægipti uictor cleopatræ fratriq; eius minor pmiſit ueritus puinciã facere ne qñq; uiolentiorem pſidẽ nacta nouarũ rerũ materia eſſet.Fideles:qbus arcana cõmitterẽ ſolebat.Puer imbellis:mollis:& bellis minime idoneus.Et dederat ferrũ.Vires oẽs totius regni huic achillæ pmiſerat:ut nõ in alio ſolũ:ſed in ipo ius ſuum ac poteſtatem haberet. Ferrũ.i.totius regni opes ĩ poteſtate tenebat.Mollibus inquit. Ecce dicta q̃ nũc mandat ad achillã referri tu nũc ingt ocio te dede ſegnis achilla cũ inter ĩ cleopatra regnũ occupet: q̃ añ cõſilio nr̃o e regno ptolemæus eiecerat.ea nũc blãdiciis ſuis nõ regẽ mõ:ſed Cæſ.quoq; irretitũ tenet.Et pingues exige ſomnos:cõceſſio ẽ color:cũ id negamus qđ maxime cõtẽdere uidemur:& interſerimus ẽt aliqua:qbus ẽt ſenſus nr̃ appareat:dede te ingt ocio:& ĩterea regnũ Cleopatra occupauit.Sed donata pharos.iã pharon cæſ.cleopatre donauit.& eã cũ fratre cõciliauit.Pharos.i.ægiptus. Ad dominæ talamos:ut eã opprimas. Nupſit ſoror ĩpia:poſtq̃ adulteriũ cũ cæſ.cõmiſit:nũc ad uirũ ſuũ & fratrẽ redit.Iam latio:poſtq̃ cæſ.ex cleopatra uoluptatẽ cœpit:eã nũc fratri cõiũgit.Interq; ma.nũc ad cæſarẽ nũc ad frẽm.Romãq; me.i.ſpat:ſpat n.romã poſtq̃ ſemel cæſarẽ blãdiciis ſuis pellexit.Expugnare ſenẽ:argumentũ ẽ a minori ad maius:cleopatra ſi iã cæſarẽ puectioris ætatis in ſuos incitauit amplexus:multo magis decipe poterit puerũ ptolemæũ. Venenis.a.& recte dixit nã uenenũ dr̃ ꝙ p uenas ĩgrediaẽ nã ſic medullas calefacit amor:ſicut uenenũ hauſtũ p uenas diſcurrit.Virg.Vulnus alit uenis:& cæco carpiẽ igni.Crede:cõfide cõſtãtẽ fore puerꝫ qñ uict⁹

eſt ẽt Cæ. Quẽ ſi nox. nã ſi una nocte cleopatra cum rege concubuerit: nã dubiũ eſt quin caput tuũ meũqꝫ obtruncari obtineat a fratre quorũ conſilio ſit ſe a fratre de regno pulſam fuiſſe. Quẽ: ordo eſt illa cleopatra donabit meũ tuũqꝫ caput illi per ſingula oſcula ſi iunxerit quẽ ptolemæũ. Amplexus: accuſatiuus caſus eſt. Inceſto: quia iam ſe miſcuerat cum Cæ. Titulo: ſub titulo & noĩe pietatis. Oſcula: quotienſcunqꝫ oſcula bitur eum noĩe pietatis meum tuũqꝫ caput ab adulterio ptolemæo imperabit. Crucibus flã. nos tollemur in crucem: uel igne cõburemur. Non diſcedit Lucanus ab hiſtoria Cæ. n. alexandriã cũ ueniſſet Teſte Appiano: ab regiis miniſtris benigne receptus eſt & diſputantibꝰ philoſophis in multitudine præſens aſtitit aſſiſtente uero exercitu photinũ quidẽ & achillã ob ea quæ in põ. ꝑpetrauerant morte multauit. Theodotũ demum fugientẽ Caſſius cũ in aſiam ueniſſet cruce ſuſpendit. Tumultu ob hanc rem inter alexandrinos orto cũ regiũ in illũ concitaſſent pluribꝰ prœliis circa regiã: & in maris littore certatũ eſt: quo in loco cũ in mare deſiliiſſet. & in ꝓfundo aliquãdiu enataſſet. Alexãdrini uectẽ ab eo ademptũ in trophæi modũ erexere. poſtremo iuxta Nilũ cũ Rege certamen iniit. in quo uictoria ſuperior euaſit inter hæc per nouẽ menſes cõmoratus. tandẽ cleopatrã fratris loco ægypti regnũ iuſſit obtinere ꝑ nilũ quoqꝫ quatercẽtis nauibus deuectus quo regionẽ perluſtraret oculis cũ cleopatra ſimul adiit: multaqꝫ alia ut illi obſequeret̃ effecit.

Si fuerit formoſa ſoror nil undiqꝫ reſtat
Auxilii rex hinc coniunx cæſar adulter
Et ſumus ut fatear tam ſæua iudice ſontes
Quẽ nõ e nobis credit cleopatra nocentẽ
A quo caſtra fuit ꝑ te quod fecimus una
Perdidimꝰ qꝫ nefas perqꝫ ictũ ſãguĩe magni
Fœdus ades ſubito bellum molir̃ tumultu
Irrue nocturnas rumpamꝰ funer̃ tædaſ
Crudelemqꝫ toris dominã mactemus in ĩpĩs
Cum quocũqꝫ uiro nec nos deterreat auſis
Heſpii fortuna ducis quæ ſuſtulit illum
Impoſuitqꝫ orbi communis gloria nobis
Nos quoqꝫ ſublimes magnꝰ facit aſpice littꝰ
Spem noſtri ſceleris pollutos cõſule fluctꝰ
Quid liceat nobis tumulũqꝫ e puluer̃ ꝑuo
Aſpice pompeii non oĩa membra tegentem
Quẽ metuis par huiꝰ erat nõ ſanguĩe clari
Quid refert nec opꝰ populoꝝ & regna mo
Ad ſcelꝰ ĩgẽtes facti ſumꝰ atrahit illos (uemꝰ
In noſtras fortuna manus en altera uenit
Victima nobilior placemus cæde ſecunda
Heſpias gentes iugulꝰ mihi cæſaris hauſtus
Hoc præſtar̃ poteſt põpeii cæde nocentes
Vt populus romanus amet quid nõĩa tãta
Horremus uireſqꝫ ducis quibꝰ ille relictus
Miles erit nox hæc ꝑaget ciuilia bella
Inferiaſqꝫ dabit populis & mittet ad umbras

SVLPI. Si fuerit formoſa: ſi uidebit̃ pulchra placebitqꝫ ei. Nil undiqꝫ reſtat auxilii: actũ de nobis eſt. Sumus ſontes: ſumus nocentes & morte digni iudicio eius cuius refugimus coitũ. A quo caſtra fuit: cũ quo nõ coiuit: ꝓpertius de ea. Atqꝫ inter famulos fœmina trita ſuos. Per te: per ſceleſtũ amicitiæ fœdus & cedem una cõmiſſam obſecrat eum. Nefas: cædẽ põ. Perdidimus: quia nullũ ſumus præmiũ cõſecuti. Ictũ: ꝑcuſſum & initũ alluſitqꝫ ad ueterũ morẽ qui icto lapidibus porco fœdus faciebant. Tedas: nuptias: Crudelem: quæ crudeliter in nos ſtatuet. Fortuna ducis: uictoria Cæ. quæ illum erexit. Comunis gloria nobis: in euerſione põ. comunẽ cum Cæ. gloriã poſſidemus nã ille in æmathia exercitũ nos hic põ. oppreſſimus. Aſpice littus a ꝓmptis uiribus & exemplo argumentatur. Littus: littoralẽ exercitũ quo ſperamus cõficere Cæ. pollutos: cede põ. maculatos. Quẽ metuis: Cæ. quẽ formidas erat põ. par & cũ eo certabat. Non ſanguine clari: ſi nõ ſumus nobiles inquit & reges tñ turbamus regna & cede põ. euaſimus celebres. Opus populorũ. i. reges populorũ fauore facti. Mouemus regna: turbamus & cedimus reges. Illos: uel populos quos liberemus uel reges conficiendos. Victima: Cæ. intelligit. Pacemus: pacatos reddamus ſiue placemus. i. nobis conciliemus. Iugulus hauſtus: uita erepta Nocentes: nos ægyptios quos odit. Nomina ducis: famam titulos & honores Cæ. Inferias. hoc eſt ſacrificium illius qui in æmathia ceciderunt.

OMNIBO. Fuerit formoſa. i. ſi placuerit a precedente ꝙ ſequit̃ nã quæ formoſæ ſunt placere conſueuerunt. Nil undiqꝫ. i. ſupereſt inquit nobis quo confugiamus: nã hĩc a rege inde a Cæ. opprimimur nobis ſalutiqꝫ noſtræ cõſulamus. Sontes nocentes quia culpa noſtra eſt. Nocentẽ: tota culpa nobis eſt attribuenda: qui eam intactam reliquimus nã & noſtros apparebat ipſa concubitus. Per te. ordo eſt. Oro te per nefas ꝙ una fecimus: & una perdidimꝰ & oro te per fœdus ictum ſanguine magni. Ades: ꝑ adſis Quod fecimus. ſ. occiſo pompeio. Perdidimuſqꝫ. n. niſi conſilio noſtro prouideamus perdidimus nefas. quia nihilominus a cleopatra & a ptolemæo uel Cæſare opprimemur. Ictũ fœdus: quemadmodũ percuſſa porca fœdus iungitur ita percuſſo pompeio dicit fœdus ictũ eſſe inter eos. Molire. i. fac. ut molliri ue moram & ueniendi poſcere cauſas. Irrue: inuade. Tædas: nocturnas nuptias. Funere. i. cede. Crudelemqꝫ toris: & cleopatrã impiam in ipſo toro occidamꝰ. Quocũqꝫ uiro: uel Cæſare uel ptolemæo. Nec nos. d. a. nec terreat magnitudo Cæſar: qui cũ præſtet omnibus ducibus: ut iam fama ſui nominis totũ orbẽ terrarũ impleat: tamẽ & nos quoqꝫ eadẽ gloria efferre poteſt: quæ ſubſtulit Cæſatẽ. ꝙ ita ſit probari poteſt: occidimus. n. pompeum qui Cæ. par erat poterimus & ipſum Cæ. eſt occidere. Cõmunis gloria: eadem gloria quæ accidit Cæ. poteſt nos quoqꝫ magnos facere: ergo eſt cõmunis. Nos quoqꝫ: quia ſicut uictus põ. magnũ fecit Cæ. idẽ occiſus: nos quoqꝫ faciet ingentes. Littus: appo. ſpem ſicut occidimus põ. ſperare nos facit poſſe etiam occidi Cæſa

rem.Pollutōs:ſanguine pōpeii. Cōſule:quære ex illo ſanguine quo poluta ē unda maris nr̄i quod liceat nobis.Puluere paruo:ut nec corpus qdē plene tegere poſſet:uel qd̄ melius eſt qa caput a reliquo corpore ſepatum erat.Quē metuis.O ſtulte Achilla:cæſar quē metuis erat par pōpeii quē occidimus.Non ſanguine clari:reſpōdet tacitis obiectionib⁹:nā ſi qs obiiceret nos ignobiles eē:& humilitatē ſāguinis nobis obſtare:ne rem tantā audeamus dico nihil ītereſſe nr̄a:nullius.n.magnis opibus:aut regnis populorū nobis opus ē ad hāc rē adoriendā:nā fortuna ipſa nobis:ſicuti antea pōpeiū:ita nunc Cæſarē obtulit.ut nullius auxilio indigeamus ad rē pficiendā.Nō ſanguine clari.ſ.ſumus.Quid refert.q.d.nihil īntereſt nobiles ſimus.an ignobiles:dūmodo fortuna nobis ſecūda ſit.Nec opes populoꝝ mouemus:ſed ipſe ſe ultro offert nobis.Ad ſcelus ingentes:poſtq̄ ſemel occidimus pōpeiū.Altera uictima:Cæſar quē quaſi uictimā occidamus.Placemus cæde:pſiſtit ī trāſlatione qa uictimā appellauit Cæſarē:nā ſicut uictimis placant̄ dii:ita cæde Pōpeii & Cæſaris placabimus Italiā:ꝙ eā his occiſis tyrānide liberaſſe uidebimur.Cæde ſecūda.ſ.Cæſaris.Iugulus.m.c.h.occiſo Cæſare uenia a populo Ro.īpetrabimus:ꝙ pōpeiū occiderimus.Quid noia tanta fulgor oīs cæſaris nō debet nos deterrere a ꝓpoſito & ſi uires magnas hēt & exercitus ingentes tn̄ ſi a ſuis militibus deſtitutus fuerit impetrare deſiſtet:& miles eē incipiet. Noīa.i.fulgorem tm̄ nominis cæſariani.Vireſq̄.d.i.magnos exercitus cæſaris & claſſes.Nox hæc:& breui ſpatio tēporis poterimus cæſarē in nr̄a poteſtate habere uide licet hac nocte. Inferias:expiationes piacula :q̄ exhibentur mortuis.Populis:quos in pharſalia ꝓſtrauit.

Qd̄ debet̄ adhuc mūdo caput ite feroces
Cæſaris in iugulum præſtet lagea iuuentus
Hoc regi romana ſibi tu parce morari
Plenū epulis madidūq; mero uenerīq; patū
Inuenies aude ſupi tot uota catonum
Brutoꝝq; tibi tribuent nō lentus achillas
Suadenti parer̄ nefas haud clara mouendis
Vt mos ſigna dedit caſtis nec ꝓdidit arma
Vllius clangor̄ tubæ temer̄ omnia ſæui
Inſtrumenta rapit belli pars maxima turbæ
Plæbis erat latiæ ſed tanta obliuio mentis
Cæpit in externos corrupto milite mores
Vt duce ſub famulo iuſſuq; ſatellitis irent
Quos erat indignum phario parer̄ tyrāno
Nulla fides pietaſq; uiris qui caſtra ſequunt̄
Venaleſq; manus ubi fas ubi maxīa merces
Aer̄ merent paruo iugulumq; in cæſaris ire
Non ſibi dant ꝓh fas ubi non ciuilia bella
Inuenit impii fatum miſerabile noſtri
Theſſaliæ ſubducta acies in littore nili
More furit patrio ꝙ te plus magne recepto
Auſa foret lagea domus dat ſcilicet omnis
Dextera quod debet ſupis nulliq; uacar̄
Fas eſt romano latium ſic ſcinder̄ corpus
Diis placitū non in generi ſoceriq; fauorem
Diſcedunt populi ciuilia bella ſatelles
Mouit & in partem romanam uenit achillas

SVLPI. Mundo:in mūdi ſalutē. Præſtet lagea iuuentus:ægiptii faciant hoc ꝓpter regē Ro.uero ꝓpter ſeipſos.Morari:expectare. Vota catonum:id ꝙ Cato & brutus facere cuperent. Parere:ad parēdum. Clara ſigna:claſſico & clamore militari. Prodidit arma:manifeſtauit impetū.Temere:inordinate & repti Inſtrumenta:milites arma tela. Pars maxima turbæ: erant ut eſt in cōmentariis cum achilla copiæ ut neq; numero neq; genere hominū neq; uſu rei militaris cōtēnendæ uiderent̄:milia.n.uiginti in armis habebat hi cōſtabant ex gabinianis militibus qui iam in cōſuetudinē alexandriæ uitæ atq; licentiæ uenerant & nomē diſciplināq; populo Ro.dedidicerāt uxoreſq; duxerant ex qbus plæriq; liberos habebant:huc accedebāt collecti ex prædonib⁹ latronibuſq; ſyriæ cyliceq; prouinciæ finitimarūq; regionū.Accedebātq; multi exules & fugitiui:erantq; ꝑterea equitū milia duo.Externos:barbaros.Famulo:achilla. Satellitis:photini. Tyranno:ipſi regi. Fides:ueritas iuriſiurādi. Pietas in deos:& in patriā. Venaleſq; manus ſupple ſunt accepto.n.pretio omnib⁹ ſunt iniurii. Vbi fas:ubi licet & ubi magnū ꝑtium conſecuturi eſſent militant exiguo ſtipendio licebat aūt in Cæ.cuius mortis ꝑmium erat libertas.Nō ſibi dant:nō ꝑmittūt:ſed alterius impulſu:ære accepto id faciūt.Vbi:ubiq; ꝑfecto. Theſſaliæ ſubducta acies.i.milites qui prælio pharſalico n̄ interfuere. Te recepto:ſuſcepto incolumi. Auſa:in Cæ. Dat:facit.Virgi.Immotāq; coli dedit & contēnere uentos. Quod debet ſuperis bellū ciuile ꝙ ſuperi iubēt a Ro.omnibus exerceri.Scinde corpus latiū Ro.potentiā concordiāq; diuidere. Nō in ſoceri nō propter Cæ.pom.q; in partes ſe diuidunt. Satelles: achillas.Partem:factionem.

OMNIBO. Caput cæ.Debet̄:obligatū eſt:quia iniuria affecit orbem terrarū. Ite feroces:o achilla & milites.Ite:uenite nā ipſe erat cū rege apud Cæ. Romana ſi:quia Ro.milites adhuc militabant ſub rege ptolemeo ex his qui a gabinio relicti fuerant .tū cum ipſe.Regem ptolemæum in regnū reſtituit:& hi prius ſub pom.militauerant.Hoc:cædem Cæ.Regi.quia occiſo Cæ.rex ſuum regnum obtinebit.Sibi:ad utilitatem ſuam.Tu parce:a facili.arguit:nam cū grauis ſit cibo & potu Cæ.facile erit illum opprimere in prouidum.Parce mo.i.noli tardare.Madidūq; me.ebrium. Venerīq; ad.cleopatræ.Aude ſu.unū tibi neceſſariū eſt.ſ.audere:nā ſi auſus fueris cætera diis uolētibus:ultro ſequent̄.Tot uo.exaudient dii uota catonū uota brutorū & totius ſenatus qui rempu.uolunt eſſe ſaluā. Tibi tri.i.præces catonū ac beatorū tibi fauebūt.Nō lentus achil.nūc dicit qūo mandatis photini achillas parauit.Suadēti:photino.Haud clara:ne forte exaudito tubarū ſonitu ſuſpectus eſſet.Nec prodidi tar.mo ueri non indicauit exercitum.Temere:ſine ulla ordine:non dato ſigno.unū ſequitur ex reliquo:nā quia nō

ſigna dedit: ideo nullo ordine ſecuti ſunt milites. Inſtrumenta: arma uiros. equos. Pars m. t. plæbis. ſ. ex plæ
be italica qa ex delectibus italiæ ps magna militū erat q̄ apud regē gabinius reliquerat. Sed tanta ob. mē. re
ſpondet ad aliud ꝙ occurrebat: qūo ſi itali erant pati poterant militare ſub ſatellibus regis uſq; adeo inquit
errant corrupti milites ut iam equo animo ſub eiuſmodi ſatellitū imperio militarent. Obliuio: obliti erant ſe
Ro. & italos eſſe. Corrupto m. mo. dedignari debuerant inquit etiā ſub rege ipſo militare & nunc equo ani
mo militabant ſub ſatellite regio. Mores: quia diu apud ægyptios pmanſerant & externis moribus corrupe
rant animos. Sub ſa. duce achilla. Indignū pha. indignū fuiſſet ſub tyranno ægyptio militare quāto ergo in
dignius ſub Satellite. Nulla ſi. nec ius diuinū nec ius humanū colunt milites nil factum nil inuiolatum eſt
apud eos ſed illos ſequūtur: a q̄bus plus acceperint. Nulla ſi. nullū iuſiurandū nulla pietas nulla regio. Vena
leſq;. m. quia qui plus dederit hunc ēt ſequunť. Ibi fas: oīa licent militibus qui maximā mercedē appetunt.
Merent: militant. Paruo: ſi magnū æs accipere non poterint. Iugulūq; in Cæ. hoc eſt nō patiunť Cæ. iugu-
lare ad utilitatē ſuā ut ſe liberos faciant ſed ut regi ægiptio gratu faciant. Nō dant: nō cōcedunt. Proh fas: p
exclamationē irrumpit in cōqueſtionē nā de diis quereť: ꝙ ubicūq; bella ciuilia fieri uoluerūt milites. n. qui
ſub rege ægipto militant Ro. erāt. & ſi ꝓcul fuerant a bellis ciuilibus. tñ fata uoluerūt: ut nec ipſi q̄dē eſſent
belli ciuilis imunes. Fas: o ius diuinū. Vbi nō. c. nō in italia ſolū nō in pharſalia: ſed etiā in ægipto. Theſſa
liæ ſub. acies q̄ remota fuerat a theſſalia in ægipto nūc peraget ciuilia bella. More ſu. p. i. ſecundū cōſuetudi
nem patriæ quemadmodū ciues Ro. inſanierunt bello ciuili. ita nūc ipi inſaniunt. Quid plus. i. nō minus
hoſtes Cæ. fuerunt ægiptii occiſo pō. q̄ ſi pom. benigniſſime ſuſcepiſſent. Quod de: quia diu uoluerūt ut
Ro. omnes ubicūq; eſſent: ciuili ſe bello miſcerent. Omnis. i. Ro. Dat bellum ciuile. Vacare. i. uacuum eſſe
bello ciuili. Latiū ſic. ſ. cōqueſtio eſt poetæ ꝙ dii noluerunt Ro. ullos belli ciuilis eſſe imunes & ſimul etiam
grauius fert ꝙ achillas ſatelles regius in officiū ducis ſucceſſerit & parū defuerit qn fata etiā huic uictoriam
pſtarent ꝙ multo etiā indignius fuiſſet. Latiū. c. i. po. Ro. nam latiū italia appellať: eo ꝙ ibi. Saturnus latue
rit dum arma filii fugeret: & eſt in italia latium antiquū: q; teſte Solino antea a tyberis hoſtiis ad uſq; lyri am
nem ptingebat. Romani. ſ. ducis. i. in locū pom. ſucceſſit achillas: quod moleſtius fero.

Et niſi fata manus a ſanguine cæſaris arcent
Hæ uincent partes: aderat maturus uterq;
Et diſtricta epulis ad cunctas aula patebat
Inſidias. poteratq; cruor p regia fundi
Pocula cæſareus menſq; incumbeř ceruix
Sed metuūt belli trepidoſ in nocte tumultꝰ
Ne cedes confuſa manu pmiſſaq; fatis
Te ptolemæe trahit. tanta eſt fiducia ferri
Nō rapueř nefas ſummi cōtempta facultas
Eſt opis. uiſum famulis reparabile damnū
Illā mactandi dimiteř cæſaris horam
Seruať: pœnas in apta luce daturus
Donata eſt nox una duci: uixitq; photini
Muneř phœbeos cæſar deductus in ortus
Lucifer a caſia ꝓſpexit rupe diemq;
Miſit in ægyptū: primo iam ſole calentem
Quū ꝓcul a muris acies nō ſparſa maniplis
Nec uaga cōſpiciť. ſed iuſtos q̄lis ad hoſtes
Recta fronte uenit: paſſuri comunis arma
Laturiq; ruunt. at cæſar mœnibus urbis
Diffiſus foribus clauſæ ſe ꝓtegit aulæ
Degeneř paſſus latebras. nec tota uacabat
Regia compſſo: minima collegerat arma
Parte domus. tangūt animos iræq; metuſq;
Et timet incurſus indignať q; timeř
Sic freit i. paruis fera nobilis abdita clauſtris
Et frangit rabidos præmiſo carceř dentes

SVLPI. Arcent. arcuiſſent ſed ſic loquitur tanq̄ nūc res agať. Hæ ptes copiæ achille. Aderat maturus uterq;: erat tēpeſtiuus achillas & photinus hic ad inſi dias & uim inferendā hic ad admittendū. Deſtricta: occupata. Per pocula regia: inter bibendū & cōuiuan dum. Incumbere: ſupiacere. Ne cedes: ne caſu uel uio lentia peat ptolemæus. Tanta eſt fiducia ferri. adeo ſuis uiribꝰ confidere ut tanq̄ certiores de ſucceſſu uo luerint pugnā accelerare. Summi cōtempta facultas eſt operis: maxime rei occaſio ſpreta ꝑtermiſſaq; eſt. Repabile damnū: repabilis dilatio & q̄ ſuo arbitrio re ſumi poſſet. Daturus: tanq̄ ſi daturꝰ eſſet. Dilatus: cō ſeruatus. Lucifer a caſſia: ſub aurorā achillas cū inſtru cto exercitu Alexandriā uenit. Caſius āt mons ꝓcul alexādriæ iminet ad oriente. Proſpexit: apparuit. Pri mo quoq; ſole: etiā in ipo ortu feruētem. Non ſparſa: ſed collecta inſtructa. Iuſtos: ueros & q̄bus ab hoſtile odiū nihil deeſt & inter quos æqua decertādi eſt cā is enī ꝓprie hoſtis dicitur. Paſſuri latiūq; arma. i. pugna turi. At Cæ. achillas paucitatē militū Cæ. deſpiciens occupabat alexandriā & oppidi ptem q̄ Cæ. cū militi bus tenebat primoq; impeto domū eius irrumpere co natus eſt. Sed Cæ. diſpoſitis p uiā cohortibus impetū eius ſuſtinuit. Mœnibus urbis diffiſus: cōfidens in ur be manere in regiā ſe recepit. Nec tota uacabat: nec totam regiam ſub ſua poteſtate tenebat tum penuria militum regiæ laxitate. Fera no. leo in cauea clauſus. Carcere: cancellis & clauſtris.

OMNIBO. Et. n. fa. & hoc ēt multo eſt intollera bilius ꝙ ptes q̄ ſecutæ ſunt ſatellitē regiū pene uicto riā obtinuerūt. Vincēt: p uiciſſent. Arcēt: pro arcuiſ ſent loquiť poeta tanq̄ res ſit futura. Manꝰ. ſ. ægiptia ſed dii noluerūt tm̄ ſcelus ppeti. ut famulorū manibꝰ occidereť Cæ. Ade. ma. nunc deſcribit magnā opor tunitatē habuiſſe achillā atq; photinū occidendi ſi oc caſione uti uoluiſſent ſed qa noctem illā ꝑterierūt: & ſequēti die cōſtituerūt inuadere bello regiā hæc Cæ. cauſa ſalutis fuit. Vterq; achil. & photinus. Maturus in tpe uenerant inquit in magnam occaſionem perpe tandi ſceleris. Deſtricta oc. epulis impedita quia nihil minus metuebant q̄ bellū: quia epulis dediti erant.

